

arg. c. sane c. pastoralis §. quia vero X. de off. Deleg. conf. Diff. Dn. Praesid. de Imperio Paris in Parem.

§. X.

Reuifores esse possunt omnes Status Imperii, quos ex Ordinatione et lege Imperii ordo visitandi et reuidendi tangit, et non solum comparere possunt in persona, sed etiam per Legatos, excepto illo Principe, quem ordo specialiter tangit, is enim aut ipse in Visitatione adesse, aut certe alii Principi vices suas mandare debet, vt dixi supra.

§. XI.

Non tamen quosuis indistincte mittere Legatos possunt, sed excellentes et iuris peritos ac in reuidendis Actis bene versatos, ne forte vel Camerales vel etiam partes de eorum inhabilitate possint excipere, proinde constitutum *Recess. Imp. de ann. 1559. §. 63.* Solche fürfallende exceptionen gegen den Nächsten und Befehlhabern auch den Zweifel aufzuheben, sollen wie ob laut die beschriebene Churfürsten, Fürsten und Stände zu den Visitationen, Reuisionen oder Syndicat jedesmal ihre treffliche erfahrung, gelehrte und geschworne Nächste abfertigen ac. Hinc generaliter excluduntur omnes, qui natura aut lege iudices esse prohibentur, aut ratione facti et circumstantiarum recusari possunt. Sic mitti non possunt suspecti aut qui in causa reuidenda consuluerunt aut Aduocati fuerunt, propter affectionem erga causam et suspicionem, *l. 14. C. de Iudiciis.* Si enim tales sint Reuifores, recte aduersus eos excipitur.

§. XII.

Cognitionem autem super oppositis huiusmodi exceptionibus habent Commissarii Caesarei et reliqui a Statibus missi Reuifores, et si ex quacunque causa inhabilis Legatus iudicatus fuerit, Principalis vel is qui eum misit in omnes expensas reliquis legitime comparentibus Reuiforibus refundendas condemnatur et hoc casu Reuisio quoque olim in annum sequentem prorogabatur *d. Recess. §. 64.* quod hodie secus est: Etsi enim Princeps quem ordo tangit Legatos plane non mittat, nihilominus tamen reliqui Reuifores in causa procedere possunt secundum praescriptum modum in *Recess. nouissim. de ann. 1654. §. 129.* qui talis est: Vt statim in locum absentis aut non com-

C

parentis